



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

Octastichorum scholia. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)



*Q*uo magis à Phæbo distat soror hoc magis nobis  
 Fulget: at à supera lumine parte caret.  
 Cum verò fratri iuncta est, non lucida nobis  
 Illa quidem est: supero fulget ab orbe tamen.  
 Esse Deo quisquis cupit ergo fulgidus, ipsi  
 Hereat, & mundi spernat inane decus.  
 Nam quò mortales quisquã est magis fulgidus inter,  
 Hoc minus est magno fulgidus ille Deo.

---

## Octastichorum scholia. 2.

*Aug. e-* Quo magis ) Augustinus hunc  
*pist. 119.* scripturæ locum. Sultus vt luna  
 mutatur, ad Adamum eiusque  
 posteros accommodans, his ver-  
 bis vtitur: Quis est stultus ille,  
 qui tanquam luna mutatur, nisi  
 Adã, in quo omnes peccauerunt?  
 Anima quippe humana, recedens  
 à Sole iustitiæ, ab illa scilicet in-  
 terna contemplatione incõmu-  
 tabilis veritatis, omnes vires  
 suas in terrena conuertit, & eò  
 magis magisque obscuratur in  
 interiorib<sup>9</sup> ac superioribus suis.



Sed cum redire cœperit ad illam  
 incōmutabilem sapientiā, quan-  
 to magis ei appropinquat affectu  
 pietatis, tanto magis exterior ho- 2. Cor. 4.  
 mo corrumpitur, sed interior re-  
 nouatur de die in diem: omnis-  
 que lux illa ingenij, quæ ad infe-  
 riora vergebat, ad superiora cō-  
 uertitur, & à terrenis quodam-  
 modo aufertur, vt magis magis-  
 que homo seculo moriatur, & vi-  
 ta eius abscondatur cum Christo  
 in Deo mutatur ergo in deterius,  
 ad exteriora progrediens, & in  
 vita sua proiciens intima sua. Et  
 hoc terræ, id est iis qui terrena *Ecccl. 10.*  
 sapiunt, melius videtur, cum lau- *Psal. 9.*  
 datur peccator in desideriis ani-  
 mę suæ. Mutatur autem in me-  
 lius, cum intentionem suam &  
 gloriam à terrenis, quæ in hoc  
 seculo apparēt, paulatim auertit,  
 & ad superiora ab inferioribus



## S A C R A

conuertit. Et hoc terræ, id est, iis  
*Act. 26.* qui terrena sapiunt, deterius vi-  
 detur. Hactenus Augustinus. Eo-  
 que spectat quòd Paulus, cum  
 eximiam quandam ac singularè  
 apud Agrippam orationem ha-  
 beret, insanix tamè insimulaba-  
*Act. 2.* tur: & Apostoli, cum diuinissimè  
 in eis Spiritus sanctus loquere-  
 tur, pro temulentis habebantur.  
 At enim uero is, qui verè ac seriò  
 Christi fidem profitetur, è mun-  
 di iudiciis pendere minimè de-  
 bet, qui, vt cæcus de coloribus,  
 iudicare consueuit: verùm eo po-  
 tius nomine præclarè secum agi  
 censere, quòd apud mundum in  
*1. Cor. 1.* stulti existimatione sit, illud vide-  
 licet exploratum habens, huius-  
 modi stultos & infirmos à Deo  
 electos esse, vt fortia confundat.  
 Multo etenim fatius est tantisper  
*Col. 3.* expectare, dum Christus vita no-



stra appareat, vt vna cum eo in gloria appareamus, quàm hîc ad breue tempus fulgere, ac deinde in fumû dilabi, vel, vt rectius loquar, sempiterno igne conflagrare. Porro quo magis illustretur ea similitudo, quam hoc carmine expressimus, non alienum fuerit id in medium proferre, quod Augustinus rursus ait, hunc Iobi locum exponens, Si præcipit lunæ & non lucet. Fortè, inquit, rationalis animæ natura figuratè hîc insinuatur, cui sol intelligibilis est lumen illud verum, quod illuminat omnem hominem. Et quoniam tanto magis luna lucet terrenis aspectibus, quanto magis recedit à Sole, cum autem appropinquat Soli, interimitur terris, intelligamus animæ diuinitus præcipi, vt superata natiuitate terrena atque mortali, qua splen-

Iob. 25.



S A C R A

dor eius apparet terreno sensu  
videntibus, appareat & propin-  
quet subiugeturque sapientiæ:  
quod eius luce secretissima exul-  
tās, caueat facere iustitiam suam  
*Mat. 6.* coram hominibus, vt videatur  
ab eis: sed, cum gloriatur, in do-  
mino gloriatur: quia & cum ap-  
paret hominibus, dono Creato-  
ris apparet.

Rebus caducis fidendū non esse.

3.

**A**N sapit is, pressus qui fluctibus arripit algam:  
Nec solidis nixus littora tuta petit?  
Haud magis ille sapit, qui vite in fluctibus huius  
Preponit solidis fluxa, miserque perit.  
Vt fugias igitur tanti discrimina ponti,  
Nec caput ista minax obruat vnda tuum:  
Spemque, fidemq;, agapemq; tene, fluxa omnia linquēs.  
Has nihil in tabulas vlla procella potest.

S C H O L I A.

Huius Carminis argumentum  
à Bernardo mutuatus sum, cuius